

1788.

1. * Borga, Carolus Fridericus Ernestus, b.b.a.: Collationem
juri criminalis XXIV. Programma, quo ordinarius
senior electusque amessores fac. iur. solemniter docto.
relixi Coruli Friderici Ernesti b.b.a. Borga herber-
tur.
2. Bauerus, Henricus Ernestus, fac. iur. procurandus:
Commentatio super decisione Rechts. d. a. 1786.
XXX. Programma, quo volumen Doctoriae Henrici
Blommersi indicat.
- * Bonnius: Collationum juri Criminalis XXIII.
Programma, quo ordinarius electus electaque assos.
stros fac. iur. memoriam Bonianam indicant.
- * Brechinus, Carolus Augustus: Prima Inversio juri an.
tiqui III. Programma, quo ordinarius electus ac
reliqui fac. iur. amessores solemniter Doctoriae Coruli
Augusti Brechinii et Christiani Gittelot Stutboldi
indicant.

1788

5. * Windklerus, Gaspard Le donans : (his cito neven
et jas per hinc tritum specimen Tj. Ruyssen, quo ordi-
nariis senti et reliqui doctores fac. jas. solenni
doctoralei Golpij. Historie Windkleris dicunt
6. Bauer, Henr. Gorpus, fac. jas. procuratarius :
Iuxta decisione Electorali d.a. 1786 28. et. 29..
Ruyssen, quo solenniter Doctorale Crols. G. Gorpus
Zelbroek Rantkeschii indicit.
7. Bienerus, Christian Gallat : De iuris dictiorie feudal-
is prædicta Iurisca et Iuristica seniori extra
territorium Iurisca Iuristina que non obste-
tari obstricta non competente.
8. Bienerus, Christian Gallat : T. protracto feudal.
9. Blaumer, Henricus : Therapte.
10. Brechin, Carolus Augustus : De Selectis.
- 10^b* Brechinus, Carolus Augustus : Diploma, quo
Collegium iuri consultorum Lypsiens Crols. Augerius
Brechinus abriusque juriis Doctoris Ruyssen contulit.

1788.

11. Platus, Carolus Christianus: De iudicio principium
electorum auctoritatis et potestis principium electorum
vorissimum an. 171588 Cap. II. Illustratum
12. Decius, Dr. Georgius, fac. iur. procuratorialis:
Ne minere procuratoriae in aed. Lips. p. I. Ps.
gramm, quo honorum photostrophicorum candidatis
item petitionis index.
- 13^a. Hantulus, Christianus Guilliel: Recensitio pri-
cipum. Specimen iuris Romani publici.
- * 13^b. Hantulus, Christianus Guilliel: Diploma, quo
Christianus Guilliel Hantulus abiusque iuri doctoris
disputationem contulit
14. Hantulus, Christianus Guilliel: Recensio, cur idem
et testato ob intestato decidere non possit?
15. Kastriacus, Joannes Balckasus: De papillari
testamento preterita imponeris matre. 29 Fe.
16. Lachet, Renatus Gottschell: In honiunum ante
usum rationis

1788.

17. Puelmannus, Iur. Tied. Sem. fac. pro cancellarius:
Miscellaneorum artis pertinentiarum specimen V. Pra-
gramma, quo solennia inauguralia Dr. Balkhosar
Kuestneri indicit.
18. Puelmannus, Iuris Iudiciorum Questiones: De necessitate
agnitorum simultaneaque investitoren et feudi
appiquorationem consentiendi.
19. Rau, Christianus: De legato debiti
20. Richterius, Christ. Eust.: De Moralio Priso.
21. Schmidius, Adolphus Wenceslaus: De usi et officia
iuris iurianus.
22. Schult, Augustus Fredericus: De ignorantia papal-
ium paenitentiarum, carum vim impediente.
23. Stockmann, Augustus Conclivus: De reparacionibus
editio praetoris hanc concessis.
24. Weisse, Christianus, Questiones: De Ignorantia Germanorum
25. Hinckler, Carl Ernst. de: Adulatio XII ex altera
series iuris judicioris. Pragmatica, quo solennia in
juria Corvi Christiani Clari indicit.



1788.

26. Windeler, Gottsponz Lüttichowen : De jure aerarii
misti Laris Romanus ac hodie curi

27. Windeler, Gottsponz Lüttichowen : Substitutionis paper.
Curia vel quatuor testamentorum duplex.

18. 10. 1866

Oppositions gegen den Krieg und die Kriegsverschwendungen
in der Schweiz und in Frankreich. Die
Schweiz ist eine nationale Macht, die
die Freiheit und Unabhängigkeit des
Landes aufrecht erhält. Sie ist ein
kleiner Staat, der nicht in der Lage ist
die Kosten eines Krieges zu tragen. Es
ist daher wichtig, dass die Schweiz
ihre Ressourcen nicht überstrapaziert.
Es ist auch wichtig, dass die Schweiz
ihre Ressourcen nicht überstrapaziert.

19. 10. 1866

Die Schweiz ist eine nationale Macht, die
die Freiheit und Unabhängigkeit des
Landes aufrecht erhält. Sie ist ein
kleiner Staat, der nicht in der Lage ist
die Kosten eines Krieges zu tragen. Es
ist daher wichtig, dass die Schweiz
ihre Ressourcen nicht überstrapaziert.
Es ist auch wichtig, dass die Schweiz
ihre Ressourcen nicht überstrapaziert.

20. 10. 1866

Die Schweiz ist eine nationale Macht, die
die Freiheit und Unabhängigkeit des
Landes aufrecht erhält. Sie ist ein
kleiner Staat, der nicht in der Lage ist
die Kosten eines Krieges zu tragen. Es
ist daher wichtig, dass die Schweiz
ihre Ressourcen nicht überstrapaziert.
Es ist auch wichtig, dass die Schweiz
ihre Ressourcen nicht überstrapaziert.

21. 10. 1866

Die Schweiz ist eine nationale Macht, die
die Freiheit und Unabhängigkeit des
Landes aufrecht erhält. Sie ist ein
kleiner Staat, der nicht in der Lage ist
die Kosten eines Krieges zu tragen. Es
ist daher wichtig, dass die Schweiz
ihre Ressourcen nicht überstrapaziert.
Es ist auch wichtig, dass die Schweiz
ihre Ressourcen nicht überstrapaziert.

1788, 5.

273

ORDINARIUS
SENIOR ET RELIQVI DOCTORES
FACVLTATIS IVRIDICAE
LIPSIENSIS
SVMMOS IN IVRE HONORES
CVM SPE
SVO TEMPORE LOCVM IN COLLEGIO
OBTINENDI
PRAECLARISSIMO CANDIDATO
GOTFRIDO LVDOVICO WINCKLERO
LIPSIENSI
ARTIVM MAGISTRO ET IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREQ
NEC NON ADVOCATO IMMATIC
A. D. XXXI. MAII MDCCCLXXXVIII
COLLATOS
INDICVNT

282
SACRO DINARIAS
SENIOR ET REFLIGAT DOCTORIS
EXCELSITATIS TARDICIVE
LITERIS
SAMMOS IN VARE HONORES
SAC TEMPORIS DOCUMENTUM CORRIGEO
GOTFRIDO RADOGO JINCERIO
LITERATIS
KETIAKU KAPITULO ET LIBRI ALTISSIMA QUITA
KETIAKU KAPITULO ET LIBRI ALTISSIMA QUITA
A D XXXX MII MDCCLXXXVII
CORRIGENS

MISCELLANEORVM

AD IVS PERTINENTIVM

SPECIMEN V.

CAPVT XVI.

An et quatenus reorum in remp. merita in chvris leuandae poena
numeranda fint?

Famosissimo GVIL. DODDIO, Anglo, anno huius seculi septuage-
simo septimo propter crimen falsi ad mortem damnato, non
modo XXIII. hominum millia litteris supplicibus apud Regem pro eo
intercedebant et deprecabantur, sed celeberrimus etiam SAN. IOHN-
SONIUS (at quantus vir!) in litteris publicis leuationem poenae maxi-
mopere suadebat. Omnibus, inquietabat, in regnis legum rigor sub-
inde fuit mitigatus, quando singulares id rationes postulare videbantur.
Vita bene ante acta, factum aliquod insigne atque laudabile,
quoniam sola bene de rep. merendi facultas eo saepe valuit, ut reis
poena capitalis remitteretur. Nunquam iudex aliquis in reprehensionem incurrit, quando precibus bonorum magnorumque virorum,
ut vitam reo donaret, exorari se passus est. Pro certo haberi potest,
eum, pro quo integra propemodum deprecatur natio, insolitus ful-
gere meritis, alisque criminum reis nimium quantum praestare.
Quando ii ipsi, quorum in commodum leges feruntur, aliqui in spe-
cie leuationem poenae flagitant, magistratu: eorum precibus annuere
vtique fas est. Quodsi etiam erraret populus, certe misericordia
ductus erraret, nec rerum gestarum memoria facile suppeditabit
exemplum, pro reo, qui non nisi falsi crimen admississet, XXIII. ho-
minum millia frustra supplicasse.

A 2

Ita

tur Pilatus consuetudinem iam ab antiquo seruafam magis retinuisse, quam de novo indulisse: et id fuerat inter alia, quae Romani, Iudeas subiit, ex legibus et moribus patriis seruaron*ti*^{h)}.

Admodum autem seueri erant Romani in coercendis crimini bus, adeo ut ne ipsum quidem commodum ex faciore ad rem forte redundans in causis leuandae poenar censerent. Ita vel in eos animaduertebatur, qui sine superiorum iussu, et si feliciter, contra hostes pugnauerant. Exemplum narrat VVLC. GÁLLICANVS in Auidio Caffio cap. 4. Cum exercitum duceret, et in scio ipso manus auxiliaria, centurionibus suis auditoribus, tria millia Sarmatarum, negligenter agentium in Danubii ripis, occidissent, et cum preda ingenti ad eum redissent; sperantibus centurionibus praemium, quod per parua manu tantum hostium, segnus agentibus tribunis et ignorantibus, occidissent; rapi eos iussit et in cruce tolli, seruique supplicio affici, quo exemplum non exstabat i): dicens, eueni potius, ut essent infidiae, ac periret Romani imperii reverentia. — Quae res tantum disciplinae Romanis addidit, tantum terroris barbaris iniecit, ut pacem annorum centum ab Antonino absente peterent: siquidem videant dannatos Romani duic iudicio etiam eos, qui contra fas vicerant. Adeo scilicet verum est, quod SENECA scribit de Ben. VII. 16. Nullam excusationem receperunt maiores nostri, ut homines scirent, fidem utique praefundam. Satius enim erat, a præcis etiam iustam excusationem non accipi, quam ab omnibus aliquam tentari.

Quemadmodum fortissimum hominum facinorosorum frenum non seueritas, sed certitudo poenarum est, ita contraria ex parte maximam illecebram esse peccandi impunitatis spem, iam CICERO pro Mil. cap. 16. monuit. In eandem sententiam ARNOBIUS adu-

gent.

h) Idem argumentum nuper attigit IVSTVS MOESER in d. Pair. Phant. P. IV. cap. 36.

i) Haec ego verba ad proxime antecedentia, nempe ad poenam crucis suppliciumque feruile, antea tali in causa hanc exerceitam, refero. Ceteroquin enim alia coercitas eiusmodi temeritatis militaris exempla hanc defunct. Conf. CELESTINI MIRABELLI Commentar. in ARRI MENANDRI fragmenta legum de re militari, quem denuo edidit i. G. HARNISCH, Lips. 1752. p. 62. Facit huc etiam pulcher locus CAESARIS de B. G. VII. 52.

genti p. 216. edit. quae L. B. 1651. prod. Credisit multitudine peccatum, cum redimendi peccati spe datur, et facile iter ad culpas, ubi est venalis ignoscendum gratia; itemque r. SYRVS:

Nisi vindices delicta, improbitatem adiuvas;
Qui dubitat vltisci, improbos plures facit;
Qui culpae ignorat vni, suadet pluribus.

Pone quaeſo vna in lance gladii poenam magna cum spe obtinendae gratiae, in altera autem ergastulum, sed ita, vt reus deprehensus hanc poenam euitare nullo modo posſit, et magnopere fallor, aut hoc preponderabit, metusque poenae certae, eti minoris, plus præfabit metu maioris, sed coniunctae cum spe elabendi. Quisquis igitur legibus suis conciliare auctoritatem, numerumque delictorum minuere cupit, eum, ne promiscuam et vulgarem habeat clementiam, magnopere cauere, criminumque abolitione, nisi grauis adit et fontica cauſa, abstinere oportet. In eo complures superiorum temporum errarunt legumlatores, quod delictis, feuerissimas constituerunt poenas, sibi potestate illas suo arbitratu aut leuandi aut remittendi seruata; quo non potuit non fieri, vt venalis effet iustitia, quique aut opibus valerent, aut multos haberent patronos atque amicos, poenam facile euitarent, inopes contra et intercessoribus desituti supplicia vel faeuissima subire cogerentur, quod, ni fallo, videns ANACHARSIS leges telis aranearum similes esse dixit; siquidem illis leue quid aut imbelli capi premique, si quid vero graue inciderit, perruptis telis excidere. Tolle leges faeuas et inhumanas, criminibusque poenas aequas, sed certas constitue, et delicta, sat scio, erunt pauciora, nec abolitionibus gratiae reis facienda facile opus erit. Haud iniuria CICERO in Verr. Lib. V. Or. X. cap. 6 ait, perditas ciuitates, desperatis omnibus rebus, hos solere exitus extitias habere, vt dannati in integrum restituantur, vinciti foluantur, exules reducantur, res iudicatae rescindantur; quea cum accidant, neminem esse, quin intelligat, ruere illam rem publicam.

Vt autem haec verisimiliter sint, negare tamen non ausim, incidere posse species, ubi singulares ob rationes gratia Principis opus, poenaque, si non remittenda, certe leuanda esse videatur; atque has inter

inter causas reorumque in rem publica merita referenda sint, id ipsum est, de quo dicere instituimus k). Equidem iam apud CICERONEM, aliquid, quod referri huc possit, reperio. Scribit enim is in *Or. pro Mil. cap. 2.* Quamquam in hac causa, iudices, T. Annii tribunatu rebusque omnibus pro salute reip. gefsis ad huius criminis defensionem non abutemur, nisi oculis vidritis infidias Miloni a Clodio factas: nec deprecaturi sumus, ut erimen hoc nobis multa propter praeclaras in rem publica merita condonetis: nec postulaturi, ut, si mors P. Clodii salutis vestra fuerit, idcirco eam virtuti Milonis potius, quam populi Romani felicitati assignetur. Sed si illius infidiae clariores haec tue fuerint, tum denique obsecrabo obsecraboque vos, iudices, si cetera amissimus, hor saltem nobis et relinqueretur, ab inimicorum audacia telisque vitam vt impune liceat defendere. Vt igitur hoc argumento CICERO noluit, non quasi eo vi haud licet, sed quia ad hanc veluti aram confugere haud opus videbatur.

Quandoquidem autem haec quaestio ita comparata est, ut facile vtramque in partem disceptari, et nec negari, nec affirmari simpliciter possit, iuuabit, ni fallor, paucis verbis, mihi quid sedeat, comprehendere. Dico videlicet, reorum in rem publica merita tunc demum ad poenam leuandam seu minuendam valere, cum 1) merita sint magna atque insignia, 2) rens non meditatum et cogitatum admisit, sed impetu, i. e. motu aliquo repentinio ac perturbatione animi, deliquerit, 3) ipsum non modo delicti admissi poeniteat, sed spes etiam sit, fore ut in posterum homo sit frugil, et resp. ab eo augatur, aut certe iuuetur, 4) ipse populus leuationem poenae optare atque expectare videatur, certe metuendum haud sit, ne, gratia reo facta, ex ipso alii ad delinquendum inuitentur aut excitentur.

Primo igitur merita requirimus magna atque insignia. Ecque autem decempeda est, qua metiri haec merita oportet? Ecque regula, qua in iisdem aestimandis vti par est? In ene fane cardo rei vertitur, quo neglecto omnis super hac re disputatio inanis atque irrita est. Ac quilibet sua sponte facilis intelligit, genus maiorumque im-

gines

k) Parum, ne dicam nihil, quod hoc faciat, continet SAM, STRYCKII diff. de bene marito, Franc. 1681.

gines aut promerita hic plane haud venire in computum. Verissime
SENECA in *Herc. fur.* v. 340.

— Qui genus iactat suum,
Alieno laudat. —

Quid, quod haec omnia reo incitamento magis ad virtutem, quam
ad maleficia esse debuissent. Ita sane CICERO in *Catil.* III. cap. 5.
Tum ostendi tabellas Lentulo et quae sibi cognoscere ne signum: annuit.
Est vero, inquam, signum quidem notum, imago aui tui, clarissimi viri,
qui amauit unice patriam et cives suos: quae quidem te a tanto scelere
etiam muta reuocare debuit. Quemadmodum, vt in I. 26. *D. de poen.*
legimus, crimen vel poena paterna nullam filio infligere maculam
potest, nec quis alieni criminis successor constituitur, ita nec merita
paterna filio facinoroso ad minuendam poenam proficere debent.

Sed nec magnum, quo reus pollere videtur, ingenium, aut ar-
tificium magnum per se eo valet, vt criminis admitti poena ideo tem-
peranda sit. Potest enim aliquis in arte sua esse Rofcius, potest
magnus praeditus videri ingenio, et nihilominus homo esse omnium,
quos terra sustinet, sceleratissimus. Putasne tu, Catilinae tam ce-
lebre in historia nomen fore, si homo fuisset iners aut stupidus?
Ego certe haud puto. Egregie imaginem eius expressit CICERO pro
Coelio cap. 5. *Habuit Catilina, sicuti meminisse vos arbitror, per-*
multa maximarum; non expressa signa, sed adumbrata virtutum. *Vte-*
batur hominibus improbis multis: et quidam optimis se viris deditum esse
simulabat. Erant apud illum illecebrae libidinum multas: erant etiam
industriae quidam stimuli ac latoris: flagrabant uitia libidinis apud illum:
vigebat etiam studia rei militaris: neque ego unquam fuisse tale mon-
strum in terris ullum puto, tam ex contrario diversisque inter se pugnan-
tibus naturae studiis cupiditatibusque conflatum. Causa autem, magnum
ideo Catilinae ingenium tribuas aut capitale. Scripserat olim de
nonnemine LIVIUS, fuisse eum virum magni magis ingenii, quam
boni, neque adeo obscurè significauerat, opinari se, posse alicui,
lizet vir bonus haud sit, magnum tamen tribui ingenium. Ait
displicuit hoc, et recte displicuit SENECAE de *Ira* I. 16. Non est,
inquit, quod existimes, verum esse, quod apud disertissimum virum Li-
vium dicitur: *Vir ingenii magii magis, quam boni.* Non potest illud
B
sepa-

X

separari: aut et bonum erit, aut nec magnum: quia magnitudinem animi inconcussam intelligo, et introrsus solidam, ab imo parem firmaque, qualis in se malis ingenis non solet. Terribilia enim esse, et tumultuosa, et exitiosa possunt: magnitudinem quidem, cuius firmamentum roburque bonitas est, non habebunt. Haud raro quidem sit, ut propterum ac felix crimen virtus vocetur, hominesque in aestimandis aliorum virtutibus exitum magis rei, quam auctoris consilium ante oculos habent. Tamerlanus et Cartuschius ambo erant raptiores, inquit HELVETIVS in libr. de l'esprit IV. 4. quorum alter quater centenis milibus, alter quadringentis graffabatur foecis: alterum admiramus, detestamur alterum.“ Egone vero illum magnificiam aut venerem, cuius facta plus admirationis, quam verae gloriae habent? Certe haud faciem, ne res miscere diuersas, ipsamque virtutem pro nomine inani habere videar.

Quid igitur? Ne longum sit, eius demum venerabor promerita, cuius opera reip. salus utilitasque communis insignialiqua aucta fuit atque promota. Quemadmodum enim, ut alibi ostendimus, utilitas omnium actionum humanarum finis ac regula est, ita resp. etiam in aestimandis ciuiorum meritis spectare, in primis utilitatem inde ad se redundantem solet. Utilitas, ait HELVETIVS, omnium meritorum decempeda est; atque ita rem omnino se habere, ipso vnu et experientia docemur. Cur quoefo imperator, qui vel semel feliciter*) pro patria pugnauit, cur dux classis, qui multas hostium incendit naves, cur legatus, qui vitalem patriae conciliauit pacem, et si in his rebus saepe fortuna plurimum valet, cur, inquam, hi omnes pluris aestimantur, quam viri ingenio doctrinaque praefantissimi, quorum singuli non vnam, sed duas veluti animas habere videntur; quam summi artifices, qui vitae suae dimidium in arte sua discenda consumfere? Certe in armis, ut CICERO ait, militum virtus, locorum opportunitas, auxilia sociorum, classes, commeatus multum iuvant: maximam vero partem quasi suo iure fortuna sibi vindicat, et, quidquid est prospere gestum, id paene omne dicit suum. At vero eru-

diti

*) Res enim aduersae, ut CAESAR de B. G. VII. 30. ait, imperatorum auctoritatem minuunt.

diti atque artifices eius gloriae, quam diligentia adepti sunt summa, socium habent neminem. Nihil sibi ex ista laude centurio, nihil praefectus, nihil cohors, nihil terma decerpit: quin etiam illa ipsa rerum humanarum domina, fortuna, in istius se societatem gloriae non offert. Quare igitur nihilominus imperatori ceterisque, de quibus primo loco diximus, thura ascenduntur, insignia deferuntur, statuae eriguntur? cum eruditi atque artifices vix modico stipendio, et saepe ne hoc quidem, maestentur. Certe non aliam ob cauam, quam quod illi ad salutem reip plus, quam viri docti atque artifices, conferre existimantur. Firma igitur stat regula: quo quis utilior aut generi humano, aut reip est, quoque magis communem auget felicitatem, eo maiora eius censorum promerita. Nec raro hic etiam locum sibi vindicat vulgatum illud: *Duo cum idem faciunt, non est idem.* *SAPPHO* et *CVRTIVS* ambo in profundum se praecipiabant. Illa culpabatur et pro stulta habebatur, hic autem referebatur inter heroes. Cedo, cur tam diuerse? Quia scilicet *SAPPHO* mortem quaerebat, vt infelicem finiret amorem **), *CVRTIVS* contra, vt patriae prodesset. Et licet fortasse sint, qui hunc quoque inter stultos referant, aliter tamen iudicabant Romani, neque id aliam ob cauam, quam quod *CVRTII* mortem patriae utilem esse existimabant.

Maximopere autem caendum est, ne, quod quis pro mercede, aut pro ratione officii sui facit et facere obstrictus est, magnorum in rem. meritorum numero comprehendamus l). Sis pius, sis castus, sis bonus paterfamilias, maritus ac parens, ab alienis manus, oculos, animum ahsine, magna gaudes ac ingenio, omnemque litterarum emensus sis ambitum. Haec omnia quidem pulchra et laudabilia sunt, sed per se tamen promeritorum famam tibi haud conciliabunt. Fungere etiam officio tuo, sed ita, vt nihil, praeterquam ad praescriptum, agas. Nec hoc tibi magnorum meritorum laudem praefabit. Huus vt particeps sis, prae aliis emineas et

B 2

plus,

**) Vid. G. MASCOVII Proluf. de *Salto Leucadio*, in Opusc. p. 491.

l) Vid. Abb. v. d. Tugenden u. ihren Belohnungen, (Riga 1769.) cap. I.

plus, quam officii ratio postulat, facias oportet. Aliud sane est, suo satisfacere officio, aliud, suis posthabitis commodis, quin vel cum periculo vitae aut incolumitatis, noua, aut certe haud vulgari ratione bene de rep. mereri. Nae, qui haec distinguere nesciunt, magnaque, de quibus hic quaerimus, merita cum qualicunque officii expletione confundunt, ii haud leuem profitentur inficitiam m). Sunt sane multi, qui vitam agunt negotiosam, et vel artibus sellulariis, vel liberalibus, aliisque rebus operam nauant, ceterum placide sequuntur antecedentium gregem, satisque se pulchros et beatos putant, si vna cum aliis in vulgarem hominum classem referantur. Sunt etiam haud pauci, qui caput quidem inter ceteros tollere gestiunt, vtque in ora hominum veniant, inusitato incedunt tramite, nouasque reapse affectant vias, sed aut nihil omnino praeclari faciunt, aut plus etiam reip. nocent, quam profunt. Vetus est: *Non omnes sunt Bacchi, qui thyrsum gerunt, vereorque, ne multi, qui Campana inflati arrogantia se putant maximos, personam iis si demas, oppido parui videantur.* Idcirco semper eiusmodi in causis videndum est, an quis non sui, sed publici commodi causa plus fecerit, quam facere obstrictus erat, eoque veram reip. promouerit utilitatem. Vos igitur, quos infelix tenet scribendi cacoethes, qui id vobis negotii datum esse existimatis, vt singulis mensibus unum saltem libellum, immo librum spissum grandisque formae de rebus vulgaribus aut nihil, stilo barbaro, fine sensu, fine sapore confucibilis, fallimini o boni! si magnos vos viros ipsaque lumina existimatis, et capite coelum tangere vobis videmini. Melius sane de rep. mereremini, si chartae parcere tempusque melius locare animum induceretis.

Nec hoc referendi sunt, qui in artibus, magis ad voluptatem, quam ad utilitatem pertinenter, versantur, etiam si in illis maximos se ferent artifices, easque vel ad summum perfectionis euerant gradum. Verissime enim *COLV MELLA Lib. I. in proem.*

m) Bene SENECA Ep. 82. *Nihil facit virtus, quia necesse est.*

*proem. Sine ludicris artibus, atque etiam sine —, olim satis felices
fuere futuraeque sunt urbes.*

Pertinent autem hoc praeter exercituum et classium duces, itemque legatos, de quibus iam monuimus, Principum administrorum, pro reip. salute dies noctesque excubantes; magistratus, legum custodes, iustitiamque non modo castissime administrantes, sed vitae etiam sanctitatem suaque exemplo aliis viam virtutis praeeuentes; eruditii, litteras non libris vulgaribus et barbaris onerantes, sed scriptis doctis, solidis et elegantibus iuantes, ornantes, promouentes; medici, temporibus maxime pestiferis cum vitae sua periculo medicinam facientes; denique omnes, qui, ne resp. detrimenti quid capiat, insignem dederunt operam, summaeque felicitatis communis praeter consuetudinem moremque vulgarem nonnihil addiderunt, idque non lucelli proprii, sed publici commodi causa, vtque reip. optulerunt, fecerunt. Nam, vt bene ait PLATVS Pers. I. 2. 12.

— *Reip. causa qui non id facit magis;*

Quam si quaesit, animus haud induci potest, eum

Esse ciuem et fidem et bonum.

Sed explicandum nunc etiam est alterum, quod supra posuimus, momentum, ad poenam scilicet leuandam opus esse, vt reus non meditatum cogitatunque admiserit scelus, sed impetu, i.e. motu aliquo repentinio ac perturbatione animi, deliquerit ^{n).} Qui, vt CICERO ait, domo meditatum et cogitatum adfert scelus, i.e. consulto animoque deliberato crimen perpetrat, multum utique differt ab eo, qui aut prouocatus iraque percitus ^{o),} aut quo alio motu et perturbatione animi abruptus delictum admittit, a quo, si apud se fuisset, libenter abstinuerit. Bene CICERO de Off. I. 8. In omni iniustitia permultum interest, utrum perturbatione aliqua animi, quae plerumque breuis est, et ad tempus, an consulto, et cogitato fiat iniuria.

B 3

Leuiora

ⁿ⁾ *Multa, inquit SENECA Contr. Lib. V. proem. donanda ingenii puto, sed donanda vita, non portentia sunt.*

^{o)} *CICERO in Or. pro Marcelli. cap. 3. Iracundia est inimica consilio.*

Leuiora enim sunt, quam repentina aliquo motu accidunt, quam ea, quae meditata et praeparata inferuntur. Nec aliter SENECA de Ira I. 16. Nonnunquam magna scelera leuius, quam minora, compescet, si illa lapsu, non crudelitate commissa sunt, his inest latens et operta et inuetata colliditas. Similiter MARCIANVS in l. II. §. 2. *D. de poen.* Delinquitur aut proprie, aut impetu, aut casu. Proprio delinquent latrones, qui factio nem habent; impetu autem, cum per ebrietatem ad manus aut ad ferrum venitur; casu vero, cum in venando telum, in feram misum, hominem interficit p.). Impetus a consilio etiam distinguit OVIDIUS R. A. v. 10.

Et quod nunc ratio, impetus ante fuit.

Facilius igitur, si me audias, flagitiis, quam sceleris leuabitur poena. Scelus enim cum crudelitate aliqua coniunctum est, flagitium contra a mollitia animi proficiscitur. (Vid. GESNERI Thes. L. et E. R. s. v. scelus.) Certe, qui non re ante deliberata, sed impetu quodam deliquit, facilius ad frugem redibit, quam is, qui de indultria et consulto maleficium admisit, cuiusque animus, iamiam corruptus, difficultius sanatur. Hoc ipsum autem faciliorem reddit veniam eius, qui non nisi flagitiis reus est, prae illo, qui scelus ante eius perpetrationem tacitus mente secum agitauit. Hic sane seueritas salutaris, intemperitia autem clementia noxia est. Memorabile seueritatis exemplum refert NEPOS in Pausan. cap. 5. Hinc (ex aede Mineruae, quo confugerat PAUSANIAS) ne exire posset, statim ephori valvas eius aedis obfruxerunt, tectumque sunt demoliti, quo facilius sub diu interiret. Dicitur eo tempore matrem Pausaniæ vixisse, eamque iam magno natu, postquam de scelere filii comperit, in primis, ad filium claudendum, lapidem ad introitum aedis attulisse. Aliud, idemque illustrissimum, exemplum praebet FALLIERS, Venetorum Dux, qui, quamquam senex iam erat oculoginta annorum, nihilominus ob coniurationem capite truncabatur; cuius rei ne oblitteraretur memoria,

in

p) Casum interdum ponit pro culpa, e. g. in l. 9. *D. de inc. ruin. naufr.* iam monuit IO. VAN DE WATER Obf. I. 16. p. 86. Atque eodem fortasse sensu hic etiam occurrit. Nam si quis mero casu, sine omni culpa, aliquem occiderit, is delinqüisse dici proprio nequit.

in palatio publico inter imagines antecessoris et successoris eius locus
vacuus relinquebatur vna cum inscriptione:

Locus Marini Fallieri decipitati q).

Tertio loco diximus, reum non modo delicti admissi poenitere, sed speni etiam suppeteret debere, fore ut in posterum homo sit frugi, et resp. ab eo augeatur, aut certe iunetur. Etsi enim poenitentia, post perpetrationem criminis demum superueniens, sola poenam regulariter haud minuit, nequaquam tamen nullius plane momenti est, quando accedunt alia, quae mitigationem poenae suadent aut postulant. Saepe, inquit OVIDIUS ex Pont. I. 57.

Saepe leuant poenas eruptaque lumina reddunt;

Cum bene peccati poenituisse vident,

nec non SENEGA in Agam. v. 242.

— *Seru nunquam est ad bonos mores via;*

Quem poenitet peccasse, paene est innocent.

Quodsi porro reus antea frugi fuit; pec nisi huic vni, cuius eum iam poenitet, culpa succubuit, spem vtique concipere licet, fore, ut in posterum a maleficiose se abstineat. Nae enim, ut iam alibi (in dist. de librico indiciorum p. 14) monimus, saepissime fallit tritum illud: *Qui semel fuit malus, semper talis est præsumitur*, ut potius cum IVVENALE II. 83. dicere liceat:

Nemo repente fuit turpissimus, —

atque eadem fortasse ratione inititur, quod ap. s. MARCVM IX. 38. legimus: *Nemo est, qui meo nomine miraculum faciat, qui cito possit mihi maledicere.*

Potremus denique loco ad poenam propter rei in rem. merita leuandam desiderauimus, ut ipse populus leuationem eius optare atque

q) Nec si endus hic IO. BYNGIVS, supremus quandam classis Britannicae praefectus, qui capta ab 1756. a Gallis insula, cui Minorcae nomen est, culpae, quod scilicet hoc impedit neglexisset, accusatus capitisque damnatus, d. 14. Mart. 1757. in Porta Magno super nauis regia felopetis traectus expiravit, etiis eius indices non nisi ita de illo iudicauerant: qu'il n'avoit point fait pour ce qu'il avoit pu faire dans l'action de la méditerranée. Vid. *Derniers sentiments des plus illustres personnages condamnés à mort*, T. II. p. 459.

atque expectare videatur, certe metuendum haud sit; ne, gratia reo facta, eo ipso aliū ad delinquendum inuitentur aut excitentur. Profecto si, vt in causa **DODDIANA**, magna hominum, ad quos delictum admisum nullo modo pertinet, multitudo rei vitam anxie optat et flagitat, vero simillimum est, ipsum populum de rei promeritis non modo esse persuasum, sed spem etiam fouere, fore, vt idem porro reip. profit, vitasque innocentia maculam, vna hac culpa contractam, eluat. Quodsi autem de hoc aut certo, aut probabilitate saltem constat, periculum sane haud est, ne gratia reo facta alios ad delinquendum inuitet aut excitet. Quis enim facile concipiет spem, se quoque diuersa plane in causa, crimen aliquo perpetrato, deprecatorem habiturum esse populum, cuius maxima certe pars de poenarum ad securitatem et tranquillitatem publicam necessitate persatisfissima est?

His igitur, quas haecenus commemorauimus, cautionibus poem ob rei in rem. merita absque periculo nouorumque criminum metu levari a Princeps utique posse exultimamus r).

Sed queraris fortasse, de spe futurorum promeritorum quid sentiamus, et num haec etiam sola eo, vt poena, quam quis delicto meruit, temperetur, valere debeat. Evidem fateor, hanc questionem ita comparatam mihi videri, vt fere illud **TIBULLI**:

Iufa pari premitur — cum pondere libra

Prona, nec hac plus parte sedet, nec surgit ab illa,
meum faciam. Multi sane magnam de se faciunt spēm multumque promittunt, et nihil tamen minus mores postea mutant, iustoque a trahite deflectentes spem de se factam destituant. Sunt etiam, qui, antequam eo, quo tendunt, perueniant, Curios simulent, postea quam autem votorum suorum participes facti sunt, sibi ipsi personam demant, verumque suum ostendant ingenium. Quae cum ita sint, spes tam incerta et fallax in causis mitigandae poenae vix numeranda videtur. Quod si quis tamen ob spem magnam et praefentissimam magnorum in rem. meritorum poenam, quam reus delicto perpetrat

r) Conf. CHR. THOMASIVS de iure aggraciandi Principis euangelici in causis homicidiis, in eius Diff. Academ. T. III. no. 75.

trato sibi contraxit, haud neglectis cautionibus supra memoratis, aliquantum leuare velit, me quidem non habebit magnopere refragantem.

Ceterum monere vix necesse putamus, quidquid de poena ob reorum promerita temperanda haec tenus diximus, non nisi de poenis maioribus vereque criminalibus, nequaquam autem de leuioribus etiam et ciuilibus intelligendum esse; nec iudicem ipsum, apud quem quaestio super crimine agitata fuit, inconsulto Principe ob insignia rei merita poenam leuare ordinariam posse; quo in errore praeter alios haelit H. SALMVTH l.c. p. 330. Sapienter enim SYMMACHVS Lib. X. Ep. 70. *Alia est conditio magistratum, quorum corruptae videntur esse sententiae, si sint legibus mitiores; alia dominorum Principum potestas, quos decet acrimoniam seueri iuris infletere.*

Haec praefari placuit, cum indicendi essent honores

VIRO PRAECLARISSIMO ATQVE CONSULTISSIMO

D O M I N O

GOTFRIDO LUDOVICO WINCKLERO

LIPSIENSI

ARTIVM MAGISTRO ET IVRIS VTRIVSQVE BACCALAVREO

NEC NON ADVOCATO IMMATRIC

qui suo tempore locum in collegio nostro obtinebit, a nobis collati.
Ne quem autem lateat ratio, qua vitam suam, laudabiliter adhuc actam, instituerit, iuuabit audire ipsum ea de re ita exponentem:

*Contigit mihi esse tam felici, ut Lipsiae die x. mensis Maii anno
CEDIODCLXVII. patre CAROLO GODOFREDO de WINCKLER, nunc
Ordinario Facultatis iuridicae Lipsiensis, et matre WILHELMINA DO-*

C ROTHEA

RÖTHEA MARRACHTA, nascitur, quorum parentum tanta semper erga
 me liberalitas atque benignitas extitit, ut meliores profecto mili euenire
 haud potuissent. Tantam enim in me educando sollicitudinem et curam,
 tamque insigne in omnibus vitae commodis mihi comparvandis studium pa-
 ternum adhibuerunt, tot denique eorum beneficia amorisque vere paterni
 documenta per omnem vitam meam sum expertus, quot quantaque me a
 nemine vnguam acceperis vel accepturum profiteor. Illorum enim munifi-
 centia factum est, ut scholis primam priuatam praeceptores me liegavimus
 atque litterarum rudimenta docerent, inter quos praeprimis **BENEDICTI**,
 qui nunc Rector scholae Torgauensis est, **DOERINGI**, Directoris gym-
 nasi Gothani, et **GOESSELII**, qui ecclesias Cunerasdorffensis praefecit, erudi-
 tionis atque doctrinae plurima deboeo. Haud ita multo post scholam,
 quae hac in urbe floret, Nicolaitanam addi, ibique **MARTINI** Rectoris
 atque **FONRIGERI** Conrectoris in gracorum ac latinorum scriptorum in-
 terpretatione, nec non **BEHRINGERI** in mathesi me eruditus disciplina,
 et **BECKI** denique in sermonis puritate latineque scribendi elegancia me
 confirmantis affiditas, mea litterarum studi aido adiutus, ut anno ha-
 ius sculpi oblongfimo primo scholis Professorum Academiae nostrae in-
 teresse possem. Ac sub initium quidem vitae Academicae iis solum schol-
 lis interiis, quibus partim auctores veteres tam graecos quam latinos in-
 primis s. V. **MORVS** interpretabatur, partim philosophiae praecepta
 a **SEYDLIZIO**, **Antiquitates Romane** et **Archaeologia** a **REIZIO** et
MARTINO, physica denique ac **historia naturalis** a **FUNCKIO** atque
LESKIO, iam fato functis, proponebantur, partim vero etiam eas fre-
 quenter, quibus prima **Iurisscientiae** rudimenta, ius naturae scilicet,
 historiam iuris, eiusdemque **Encyclopaediam** atque **Antiquitates SEYDLI-**
ZIVS atque **RICHTERVS**, **POHELV**, **SCHOTTVS** atque b. **HEBEN-**
STREITIVS, et historiam iuris litterariam **SAMMETIVS** tradidere. Ha-
 bitu deinde his in memoriam **BORNIANAM** et **semel in memoriam ACKER-**
MANNIANAS orationibus, discendarum rerum tam in uniuerso orbe ter-
 rarum, quam in Imperio Rom. Germ. et Saxonia gestarum, statuiles de-
 nique tradendae auctores fuere **WVNCKIVS**, **HILSCHERV**, **ARNDTIVS**,
 atque **WIELANDVS**, cuius operam quoque in arte disputandi nauatam
 non obliuisci par est. Interioribus autem iuris Romani mysteriis initiatus
 sum

sum a BIENERO, SCHOTTO, JUNGHANSIO atque I. A. G. KINDEO,
 qui possemo dicti ius ciuile ab illis propositum examinando repetebant,
 iuris vero hodierni praecepta a pluribus ita percepit, ut ius Germanicum,
 priuatum principium et feudale RAVIIS, b. SEGERVS atque BIENERVS
 ius publicum Imperii, KINDINS denique et PÜTTMANNVS ius Saxoniu-
 cum et criminale et cambiale me edocerent. At vero etiam ingratii animi
 esset, nisi solemni voce VENRIS S. V. eximiam in me insituendo curam
 et singularem benignitatem praedicarem, quippe qui professum iudicia-
 riuum et ius ecclesiasticum, nec non artem ex Aëris judicialibus relationes
 conficiendi ipse mihi tradere haud designatus est, quorum beneficiorum
 summa nunquam animo meo exsistet. Neque vero silentio praetermitten-
 dum est, me triennio post inchoatum cursum Academicum, anni scilicet
 CICIOCCCLXXXIV. initio summos in philosophia honores, patre Academ-
 iat fastes gerente, afferendum esse, eodemque anno dissertationem de iure
 sepulturae in templis sub PATRIS praefidio defendisse, quo factio deinde
 in examine pro Candidatura omnino et prae ceteris dignus iudicatus sum.
 Cum deinde anno sequenti Notarius publicus a Senatu Lipsiensi creatus,
 atque a supremo regimine Dresdeni confirmatus essem, anno 1786. su-
 perato examine rigoroso in Auditorio Philosophorum e cathedra supe-
 riori de mutationibus iuris publici tempore belli tricennialis tanquam Prae-
 fess disputau. Ultimo tandem loco praedicanda est Serenissimi Principi
 clementia, quippe qui confeditis atque approbatis pro praxi iuridica
 speciminibus ius causas in foro agendi benignissime mihi concepit.

Cum vero nuper dissertationem de iure acarii militaris Romani ac
 hodierni conscriptam publice defendidisse, et confuetas lectiones pro gradu
 super cap. 2. X. de Archidiaconis et l. 1. Cod. de paenit. inter emitor. et
 vendor. habuimus, facultatem iuridicam Lipsiensem humillimis preci-
 bus adi, ut supremos in iure honores omniisque iura cum iis coniuncta
 beneole in me conferre velit, pro quo beneficio maximas semper gratias,
 atque sincero pro ipsis incolumente vota quotidie fuscipiam.

Hunc igitur recens creatum Doctorem, in quo praeter insignem eru-
 ditionem multarumque rerum notitiam, in primis autem iurisclien-
 tiam

XX

tiam haud vulgarem maximus inest erga omnes bonas litteras amor,
nostris iamjam adscriptum, eaque omnia, vt par est, rite peracta
fuisse; maioris fidei causa hocce programmata, sigillo collegii nostri
firmato, significamus. P. P. Dominica II. post Fest. Trinit.
MDCCCLXXXVIII.

LIPSIAE


EX OFFICINA SAALBACHIA.



ULB Halle
005 482 992

3







ORDINARIUS
SENIOR ET RELIQVI DOCTORES
FACVLTATIS IVRIDICAE
LIPSIENSIS
SVMMOS IN IVRE HONORES
CVM SPE
SVO TEMPORE LOCVM IN COLLEGIO
ORTINENDI
PRAECLARISSIMO CANDIDATO
GOTFRIDO LVDOVICO WINCKLERO
LIPSIENSI
ARTIVM MAGISTRO ET IVRIS VTRIVSQUE BACCALAVREQ
NEC NON ADVOCATO IMMATRIC
A. D. XXXI. MAII MDCCCLXXXVIII
COLLATOS
INDICVNT